

.xxviii. OMELIA IN CAENA DOMINI .

/63v/ OPORTET HOC SCIRE ET INTELLIGERE FRATRES KARISSIMI .

quod hęc dies id est quinta feria in qua caena domini
ab apostolis pridie quam pateretur . secundum consuetudi
nem legis preparata est . Ideo in solemnitate célébra
tur et colitur . quia in ea ueteris testamenti completa est
consuetudo . agnum legalem edendo . per quem christus uerus
dei filius pro nobis immolandus in nouo testamento figu
rabatur . Et quia in ea siquidem ministerium nouę legis
inchoatum est panem et uinum benedicendo . in quibus
sanctae misae misterium perficitur in nouo testamento . per
quę nos postea in interiore hominem secundum fidem
sanctificamur et uiuificamur a domino . Et quia in ea lauit
iesus pedes discipulorum suorum . exemplum humilitatis
nobis demonstrans se inclinando ad uestigia hominum .
Sicut in euangilio scriptum est . [Γ.ii.] Cum surrexisset a caena
dominus depositit uestimenta sua . Id est cum descendisset
de caelestibus expoliauit se suis uestimentis . formam serui
induens . et praecinxit se lint̄h̄eo . Id est induit se uestimen
tis nostrae mortalitatis . Per hoc itaque significatur . quod
diuinitas nihil passa est sed tantum humanitas .
Deinde misit aquam in peluem . et cepit lauare pe
des discipulorum suorum . Id est effudit sanguinem suum
in terram . ut per eum mundaret in se credentium uestigia .
quę terrenis peccatis sordida erant . Et extergere
lintheo quo erat precinctus . Id est lintheo corporis
sui quo erat indutus purgare nostra facinora atque
crimina . quia tota illius passio . nostra est purgatio .
Per uestigia enim nostra . mala opera designantur . quę

/64r/ per christi sanguinem abluuntur . Cum autem hoc factum est .
non ita debemus intelligere caenam iam trasactamⁱ esse
uel finitam . sed ad conuiuantium mensam tantum esse
perductam . [.iii.] Adhuc enim cenare restabat . cum resur
rexit dominus lauare pedes discipulorum suorum . Etenim
iudas adhuc inter eos commanebat . nam postea
iesus recubuit et panem intunctum traditori suo dedit .
Uenit ergo ad simonem petrum . non ita tamen intel
ligendum est fratres . quod post ceteros ad eum uenerit
quasi aliquibus iam lauisset pedes . Sed quod ab illo
primum ceperit quia ipse erat uenturus primus et prin
ceps apostolorum . Ideo autem expauit petrus quia tunc
primum pedes eius lauare cepit iesus . quod unusquisque
ceterorum si ad quem libet eorum primum ueniret expa
uesceret . Et dixit . Domine tu mihi lauas pedes? Ác sí
dixisset . Tu deus . ego homo . Tu dominus . ego seruus . Tu re
demtor . ego peccator . Et ideo non decet ut mihi lauas
pedes . [.iiii.] Respondit autem iesus et dixit ei quod ego facio
tu nescis modo . scies autem postea . Ac si aperte
diceret . Huius facti mysterium nondum intelligis .
sed postea intellecturus eris . Quia si noN
lauero te . non habebis partem mecum . Et dixit pe
trus . Domine . non tantum pedes sed et manus et caput .
Quod prius pro timore denegauerat . tunc
ardentius postolabat ut totus laua
retur . Et dixit ei iesus . qui lotus est non
habet opus nisi tantum lauare pedes . Lauatur
quidem unusquisque in lauacro sancti baptismatis .
/64v/ Et iterum puluere habitationis terrę polluitur . [^.v.^] Et
ideo necesse est habet iterum lauari per gratiam diuinę pieta
tis . Licet prius . eadem gratia esset totus mundatus . Coti

die igitur pedes lauat nobis iesus . qui apud patrem semper in
terpellat pro nobis . Postquam autem lauit pedes eorum accepit
uestimenta sua . Id est post effusionem sanguinis pro nobis
tertia die de sepulchro resurgens in eodem corpore
quo moriebatur in cruce immortalis factus . caelestibus
indutus est uestimentis . Et cum recubuisse iterum dixit eis .
Scitis quid fecerim uobis . uos uocatis me magistrum et dominum .
et benedicitis sum etenim . Si igitur ego lauaⁱⁱ uestros pe
des dominus et magister . et uos debetis alter alterius lauare
pedes . Ac si aperte diceret . Si ego deus et dominus omnium dimi
-si uobis peccata uestra . quanto magis et uos debetis alter
alteri peccata dimittere . [.vi.] Hoc itaque modo fratres karissimi .
Alter alterius debemus lauare pedes . et licet hoc corpo
raliter caritatis officio et humilitatis exemplo aliquibus
utiliter facere placeat . In corde tamen spiritualiter omni
bus per agendum est fidelibus ut delicta nostra id est in inui
cem nobis dimittamus . Gaudeant igitur omnes qui hęc
audierint . si taliter impleuerint . Illi autem con
tristentur trepidi in suis conscientiis . qui nondum
agnouerunt nec operibus implere potuerunt
dicentes . quid nos ad hęc dicturi sumus
fratres? Vel quam excusationem habere
poterimus? qui de dignamur impen
dere peregrinis . quod iesus dignatus est impendere
seruis sui^s. [.vii.] Sunt enim aliqui potentes et nobiles .
/65r/ sunt et aliquae matronae . quę dedignantur sé inclinare
usque ad uestigia sanctorum in hoc mundo peregrinantium . et ad
hospitum pedes . sed nec suorum quidem cuique seruorum ut pro se
faciant imperare uolunt . Erubescvntⁱⁱⁱ enim suis manibus
in hoc mundo paupertatem sustinentium sanctorum contractare
uestigia . sed si se concorrexerint plus erubescere et do-

lebunt . cum ab eorum consortio separati fuerint in futuro .
Tunc enim sine ullo poenitentię remedio affligeruntur .
Cum illos quos dispexerant propter humilitatem uide
rint caeleste percipere regnum . Se autem propter super
biam meruisse supplicium . Timeamus ergo fratres quod
petrus timuit quando iesus dixit . si non lauero te non
habebis partem mecum . ne forte et nos si sanctorum pedes non dig
namur abluere . Partem cum illis non mereamur habere .
Inclinemus nos ergo fratres ad eorum pedes . quia si hoc facimus
illorum quidem pedes manibus nostris tangimus . sed animarum
nostrarum maculas per fidem et humilitatem abluimus . et non
solum minuta . sed etiam capitalia peccata purgamus .
Ecce ergo fratres iam deo propitio dies remissionis in proximo
adsunt . Et ideo quasi perfecta ecclesię filii cum dei adiutorio
uestros animos preparate . et quantum potestis laborare
contendite . Vt in illa sancta solemnitate paschali con
uiuia uestra moderentur . Ne per intemperantiam cibi et potus .
sancta festivitas conuertatur nobis in luctum . Sicut enim
qui neophitis exemplum malę conuersationis ostenderit
et pro se et pro illis in die iudicii redditurus est rationem . Ita
quicumque illos ad bonum opus et uerbis ammonere
et operibus sanctis uoluerit prouocare . duplia in aeternum premia
/65v/ merebitur a domino iesu remunerante percipere . qui cum patre
et spiritu sancto uiuit et regnat . in secula seculorum . ameN .

ⁱ trasactam] *sic pro* transactam

ⁱⁱ laua] *corr. by a later hand to* lauau

ⁱⁱⁱ Erubescvnt] *corr. from* Erubescant